

C

99

40

6 210

Ludovicus a. Lochau
possedit hunc librum.

40

3^o

Ioan: Brustaph:

Venit apud nos

Spes seruare solet, sublata
forte secunda

spe sola dolor spes superesse
sinit.

Script. Rom. in Octavo

N. 40.

II. 2, 1 80.

M. VALERII
MARTIALIS
EPIGRAMMATUM
LIBRI DVO.
V. ET VI.

AB OMNI RERVM VERBORVM
que obscenitate ac turpitudine vniuersitatis
dicati.

OPERA ANDREAE FRV-
SII SOCIETATIS
IESV.



Socentarii Jux Hallervd 1631.
COLONIAE AGRIPPINAE,
In Officina Birckmannica sumptibus
Arnoldi Myli,

ANNO CIC. ID. LXXXVI.

LIBRARY
21 JAHRE 1590
L
ro
cd
gr

Trinitas est diuinus quod insylvis iurinations exprimat
et item rationem habet pro terra ponitur
Tertius uxor oceani uide pro mari ponitur

LIBRARY
21 JAHRE 1590
21 JAHRE 1590

ad lectorum

Laudat maritiu[m] h[ab]itu[m] a regia
eritate et personae maiestate triadicatur
affirmans h[ab]itu[m] non tam de casa atq[ue]
gnatiuor precedentes quoniam ipsi magis
est cum inaugatore cum quo non est sanctitor
secundu[m] sed admodum modeste in eius perso-
nae dignitas offendaxi[r] uel minatur -

1590

M. VAL. MAR. TIALIS EPIGRAMMA.

LIBRUM QUINTUM EPIGRAMMAM DICAT MARIALIS CÆSARI & OMNIXQ.
REGAT NEL FRUITOREM ISTERNM TERRINUM & LECTORIEN PROSPERIT
COMPARATQ. HUIC LIBRI AD CÆSAREMPIN IRENS PRESTANTISSIMIS
QD CHARIOS CÆSAR & AB EO ANIDISSIMIS LEGATUR DYG VIENS QD AB



OCTIBI. PALLADIA SEU COLLIBUS V-
TERIS ALBÆ,
CÆSAR, & HINC TRIUAM PROSPICIS,
INDE TETHYN: TRIMA DIANA Dicitur
SEUT TUA VERIDICE, DISCUNT RESPONSÀ
SORORESS
PLANA SUBURBANI QUACUBAT VNDAFRETI:
SEU PLACET AENEÆ NUTRIX, SEU FILIA SOLIS,
SIUE SALUTIFERIS CANDIDUS ANXUR AQUIS)
MITTIMUS, O RERUM FELIX TUTELA SALUSQ.,
SOSPITE QUO GRATUM CREDIMUS ESSE LOUEM.
TU TANTUM ACCIPIES: EGOT ELEGISSE PUTABO,
ET TUMIDUS GALLA CREDULITATE FRUAR.

Ad lectores. II.

Matrone, puerisq. virginesq.
Vobis pagina nostra dedicatur.
Tu, quem nequit & procaciores
Delectant nimium, salesq. nudi,
Lasciuos legē quatuor libellōs:
Quinctus cum domino liber iocetur,
Quem Germanicus ore non rubenti.
Coram Cecropia legat puerilla.

Gratilatir sibi de consueta imperatoris amicitia
eius adiutorii glorietur, frani sermone et meliorum for
tis fratribus sive proposito quod ipso Domitianum eum nichil
ex pressuam fuit "Ad Domitianum." III. sibi frater
ibentia et Accoliam nostrae degis Garmanice ripae,

A famulis Istri qui tibi venit aquis,
Latus Grattonitus, viso modo praeside mundi,

Affatus comites dicitur esse suos:

Sors mea, quam fratris, melior: cui tam propè fas est

Cernere, tam longè quem colit ille Deum.

Hinc animo nunc sit in carminis et in

sibis per desin In Myrtalen sat. **III.**

Fætere multo Myrtale solet vino:

Sed fallat ut nos, folia deuorat lauri,

Merumq; cauta fronde, non aqua, miscet.

Hanc turubentem prominentibus venis

Quoties venire, Paule, videris contrà:

Dicas licet, Myrtale bibit laurum.

Ad Sextum. **v.**

Sexte Palatinæ cultor facunde Minerua,

Ingeniosuerit qui proprio Dei:

(Nam tibi nascentes domini cognoscere cura-

Et secretæ ducis pectora nosse licet)

Sit locus & nostris aliquatibi parte libellis,

Qua Pedo, qua Marsus, quaq; Calullus erit;

Ad Capitolini cœlestia carmina belli

Grande cothurnati pone Marohis opus.

Ad Musas. **vi.**

Si non est graue, nec nimis molestum,

Musa, l'arboñum rogate vestrum:

Sicut senior, & beat a quondam,

Saluo Casare, finiat senectus:

Et

RUBER V.

Et sis, inuidia fauente, felix:
Sic Burrus citò sentiat parentem:
Admittas timidam, breuemq; chartam
Intra limina sanctioris aulae.
Nostri temporatu Louis sereni,
Cum fulget placidus, suog; vultu,
Quo nil supplicibus solet negare.
Non est, quod meruas preces iniquas.
Nunquam grandia, nec molesta poscit,
Quae cedro decorata, purpurag;
Nigris pagina creuit umbilicis. Umbilicus dicitur omniq; in aliqua
Nec porrexis ista: sed tenetregest mediem præterea iucatuy ligamen.
Sic, tanquam nihil offeras, agasq;
Si noui dominum nouem sororum,
Vltro purpureum petet libellum.

De Phaside. VII.

Edictum domini, Dei q; nostri,
Quo subsellia certiora fiunt,
Et puros eques ordines recipit,
Dum laudat modò Phasis in theatro,
Phasis purpureis ruber lacernis:
Et iactat tumido superbus ore,
Tandem commodius licet sedere:
Nunc est reddit a dignitas equestris:
Tunba non premimur, nec inquinamur.
Hac & talia dum refert supinus,
Illas purpureas & arrogantes
Iussit surgere Lectiu lacernas.

A 8.

Ia

V.A.L. MARTIAL.

In Symmachum. viii.

Languebam: sed tu comitatus protinus ad me

Venisti centum, Symmache, discipulis.

Centum me tetigere manus, aquilone gelatae.

Non habui febrem, Symmache, nunc habeo.

Ad Regulum. ix.

Esse quid hoc dicam, viuis quod fama negatur?

Et sua quod rarus tempora lector amat?

Hi sunt inuidiae nimirum, Regule, mores;

Præferat antiquos semper ut illa nouis.

Sic veterem ingratij Pompeij querimus umbram,

Et laudant Catuli Iulia templa senes.

Ennius est lector, saluo tibi Roma Marone:

Et sua riserunt sœcula Mæonidem.

Rara coronato plausere theatra Menandro:

Norat Nasonem sola Corynna suum.

Vos tamen, ô nostri ne festinate libelli:

Si post fata venit gloria, non propero.

De Stella. x.

Sardonychas, smaragdos adamantas, iaspidas vno

Portat in articulo Stella, Seuere, meus.

Multas in digitis, plures in carmine gemmas

Inuenies: inde est hac, puto, culta manus.

De codem. xi.

Quod nutantia fronte pertinaci

Gestat pondera Masclion superbus:

Aut grandis Linus omnibus lacertis

Septem quod pueros leuat, vel octo

Res

L I B E R V.

*Res non difficilis mihi videtur:
Vno cum digito, vel hoc, vel illo
Portet Stella meus decem puellas.*

In Callistratum XII.

*Sum, fateor, semperq; fui, Callistrate, pauper:
Sed non obscurus, nec male notus eques.
Sed toto legor orbe frequens: & dicitur, Hic est.
Quodq; cinis paucis, hoc mihi vita dedit.
At tua centenis incumbunt tecta columnis,
Et libertinas arca flagellat opes:
Magnaq; Niliacæ seruit tibi gleba Syenes,
Tondet & innumeros Gallica parma greges.
Hoc ego, tuq; sumus: sed quod sum, non potes esse.
Tu quod es, è populo quilibet esse potest.*

De Manneio. XIII.

*Sedere primo solitus in gradu semper,
Tum cum licebat occupare, Manneius
Bis excitatus, terq; transtulit castra:
Et inter ipsas pñtè tertius sellas
Post Caiumq; Luciumq; consedit.
Illinc cucullo prospicit caput tectus,
Oculoq; ludos spectat indecens vno.
Et hinc miser, deieclus inviam, transit:
Subsellioq; semifultus extremo,
Et male receptus altero genu, iactat
Equiti, sedere: Lectioq; seflare.*

Ad Cæsarem Domit. XIV.

Quintus nostrorum liber est, Auguste, locorum:

A

Et

VAL. MARTIAL.

Et queritur læsus carmine nemo meo.
Gaudet honorato sed multus nomine lector,
Cui victura meo munere fama datur,
Quid tamē hæc prosunt, quamuis venerantia multos?
Non profint sanè, me tamen ista iuuant.

Ad Lectorem. xv.

Seria cum possim, quod delectantia malim
Scribere, tu caussa es, lector amice, mihi:
Qui legis, & tota cantas mea carmina Roma.
Sed nescis, quantistet mihi talis amor.
Nam si falciferi defendere templa Tonantis,
Solicitusq; velim vendere verbareis:
Plurimus Hispanas mittet mihi nauta metretas,
Et siet vario sordidus ære sinus.
At nunc coniuia est, commessatorq; libellus,
Et tantum gratis pagina nostra placet.
Sed non hac veteres contenti laude fuerunt,
Cum minimum vati patria munus erat.
Belle, inquis, dixit. satis est. laudabimur usq;
Dissimulas? faiies me puto causa dicum.

In Gelliam. XVI.

Dum proauos, at auosq; refers, & nomina magna:
Dum tibi nos te reques sordida conditio est:
Dum te posse negas, nisi lato, Gellia, clauo
Nubere: nupsisti, Gellia, cistifero.

Ad Quintianum. XVII.

Quod tibi Decemtri mense, quo volant mappe,
Gracilesq; ligulae, cerei q; chartæq;

Ex

L I B E R V.

Et acuta senibus testa cum Damascenis,
Præter libellos vernulas nihil misi:
Fortasse auarus videar, aut inhumanus.
Odi dolosas munera & malas arteis.
Imitantur hamos dona: namq; quis nescit,
Auidum vorat a decipi scarum muscas?
Quoties amico diuiti nihil donat,
O Quintiane, liberalis est pauper.

Ad Cæsarem Domit. XVIII.

Si qua fides veri, præferri, maxime Cæsar,
Temporibus possunt sæcula nulla tuis.
Quando magis dignos licuit spectare triumphos?
Quando Palatini plus meruere Dci?
Fulchrior & maior quo sub duce Martia Roma?
Sub quo libertas principe tanta fuit?
Est tamen hoc vitium, sed non leue. sit licet vnum,
Quod colit ingratas pauper amicitias.
Quis largitur opes veteris fidog; sodali?
Aut quem prosequitur non alienus eques?

Ad eundem. XIX.

Saturnalitiæ ligulam misisse selibræ,
Flammatæue togæ scrupula tota decem.
Luxuria est tumidiq; vocant hæc muncrare reges.
Qui crepet aureolos, forsitan unus erit
Quatenus hi non sunt, esto tu, Cæsar, amicus
Nulla ducis virtus dulcior esse potest.
Iamdudum tacito rides, Germanice naso:
Vtile, quod non vis, dotibi corsilium,

B s

Ad

VAL. MARTIAL.

Ad Martialem. xx.

*Si tecum mihi, chare Martialis,
Securis liceat frui diebus,
Si disponere tempus ociosum,
Et verae pariter vacare vitae.
Nec nos atria, nec domos potentum,
Nec lites tetricas, forumq; triste
Noscemos, nec imagines superbas:
Sed gestatio fabulae, libelli,
Campus, portious, umbra, virgo, thermæ,
Hæc essent loca semper, hi labores.
Nunc viuit sibi neuter, heu, bonosq;
Soles effugere atq; abire sentit.
Qui nobis pereunt, & imputantur.
Quisquam viuere cum sciat, moratur?*

De Apollonio. xxI.

*Quintum, pro Decimo, pro Crasso, Regule, Marcum
Ante salutabat rhetor Apollonius.
Nunc vtrumq; suo resalutat nomine: quantum
Cura, laborq; potest scripsit & edidicit.*

In Paullum. xxII

*Mane dominis te merui, voluiq; videre:
Sint mihi, Paulle, tuæ longius ex quiliae.
Sed Tyburtinæ sum proximus accola pilæ.
Qua videt antiquum rustica Flora louem.
Alta suburbani vincenda est semita cliui,
Et nunquam siccò sordida saxa gradu.
Vixq; datur longas mulorum vincere mandras,*

Qua-

LIBER. V.

Quæq; trahi multo marmor a fune vides,
Illud adhuc grauius, quod te post mille labores,
Paulle, negat laſo ianitor esse domi.
Exitus hic operis vani, togulæq; madentis,
Vix tanti Paullum mane videre fuit.
Semper in humanos habet officiosus amicos,
Rex, nisi dormieris, non potes esse meus.

Ad Bassum. XXXIII.

Herbarum fueras indutus, Basse, colores,
Iura theatalis dum siluere loci.
Quæ post quam placidi censoris cura renascit
Iussit, & Oceanum certior audit eques:
Non nisi vel cocco madida, vel murice tincta
Veste nites: & te sic dare verba putas,
Quadringtonorum nullæ sunt, Basse, lacerna:
Aut meus ante omnes Codrus haberet equum.

De Hermete. XXIV.

Hermes Martia seculi voluptas,
Hermes omnibus eruditus armis,
Hermes & gladiator, & magister,
Hermes turba sui, tremor q; ludi,
Hermes, quem timet A Elius, sed vnum,
Hermes, cui cadit Aduolans, sed vni,
Hermes vincere, sed ferire doctus,
Hermes supposititus sibi ipsi,
Hermes diuitiæ locariorum,
Hermes cura, labor q; ludiarum,
Hermes belligera superbus hastæ.

Her-

VAL. MARTIAL.

Hermes a quore o minax tridente,
Hermes casside languida timēdus
Hermes gloria Martis vniuersi,
Hermes omnia solus, & ter vnis.

De Chærestrato. xxv.

Quadrin genti tibi non sunt, Chærestrat e? surge.
Lectius ecce venit, sta fuge, curre, late.
Ecquis, Io, reuocat, discedentemq; reducit?
Ecquis, Io largas pandit amuis opes?
Quem chartis famaq; damus, populisq; loquendum
Qui Stygios non vult totus adire acus.
Hoc, rogo, non melius quam rubro pulpit a nimbo
Spargere & effuso permaduisse croco?
Quam non sensuro dare quadrin genti a caballo,
Aureus vt Scorpi nasus ubiq; micet?
O frustra locuples, ô dissimilator amice:
Hac legis, & laudas qua tibi fama perit:

Ad Codrum. xxvi:

Quod Alpha dixi, Cedra penulitorum
Te nuper, aliqua cum iocarer in charta:
Si forte bilem mouit hic tibi versus,
Dicas licebit Beta me togatorum.

In fictum equitem. xxvii.

Ingenium studiumq; tibi, moresq; genusq;
Sunt equitis, fateor: cetera plebis habes.
Bis septem tibi iam non sunt subselliatanti,
Vt sede as viso pallidus Oceano.

In Mamercum. xxviii.

Vt

LIBER V. AV

Vt bene loquatur sentiat q; Mamerius,
Efficere nullis, aule, moribus possis:
Pietate fratres Curios licet vincas,
Quiete Nervias, comitate Drusones,
Probitate Marcos, equitate Mauricos,
Oratione Regulos, iocis Paulos,
Rubiginosis cuncta dentibus rodit.
Hominem malignum forsitan esse tu credas
Ego esse miserum credo, cui placet nemo.

Ad Geiliam. xxix.

Si quando leporem mittis mihi, Gellia: dicas,
Formosus septem, Marce, diebus eris.
Si non derides, si verum, Gellia, narras:
Edisti nunquam, Gellia, tuleporem.

Ad Varronem. xxx.

Varro, Sophocleo non infitiande cothurno,
Nec minus in calabria suspiciende lyra:
Differ opus: nec refacundi scena Catulli
Detineat, cultis aut elegia comis.
Sed lege fumoso non asperanda Decembri
Carmina, mittuntur quæ tibi mense suo.
Commodius nisi forte tibi, potiusq; videtur.
Saturnalitas perdere, Varro, nuces.

Deludo pueroru cum iuuencis. xxxi.
Aspice, quam placidis insultet turba iuuencis,
Et sua quam facilis ponderat aurus armos.
Cornibus hic pendit summis: vagus ille per amos
Currit, & intoto ventilat armaboue.

At

V A L. MARTIAL.

At feritas immota riget, non esset arena
Tutior, & possent fallere plana magis.
Nec trepidant gressus: sed de discrimine palmæ
Securus puer est, solicitumq; pecus.

De Crispo. xxxii.

Quadrantem Crispus tabulis, Faustine, supremis
Non dedit vxori. cui dedit ergo? sibi.

In Caussidicum. xxxiii.

Carpere Caussidicus fertur mea carmina. qui sit,
Nescio: si sciero, v&tibi Caussidice.

De Herotione puella. xxxiv.

Hanc tibi, Frontopater, genitrix Flacilla, puellam
Oscula, commendo, deliciasq; meas.

Ad eundum. xxxv.

Pallida nec nigras horrescat Herotion umbras,
Oraq; tartarei prodigiosa canis.

Impletura fuit sextæ modo frigora brumæ
Vixisset totidem nimis illa dies.

Inter tam veteres ludat iucunda patronos
Et nomen blasphemariat ore meum.

Mollia nec rigidus cespis tegat ossa, nec illi
Terra grauis fueris, non fuit illa tibi.

De Euclide, ad Fabullum. xxxvi.

Cum sibi redire de patruelibus fundis
Ducenta, clamat coccinatus Euclides,
Corinthioq; plura de suburbano:
Longumq; pulchra stemma repetit à Leda.
Et suscitanti Lectio reluctatur.

Equi-

L I B E R . V.

*Equiti superbo, nobili, locupleti,
Cecidit repente magna de sinu clavis.
Nunquam, Fabulle, nequior fuit clavis.*

Ad Faustinum. xxxvii.

*Laudatus nostro quidam Faustine, libello,
Dissimulat: quasi nil debeat, imposuit.*

De Herotione puella. xxxviii.

*Puella, senibus dulcior mihi cygnis,
Agna Galesi mollior Phalantini,
Concha Lucrini delicatior st agni,
Cui nec lapillos præferas Erythræos.
Nec modo politum pecudis Indicæ dentem
Niuesq; primas, lilyumq; non tactum,
Quæ crine vincet Bæticæ gregis vellus,
Reniq; nodos, areamq; mitellam,
Fragrauit ore, quod rosarium Pæsti,
Quod Atticarum prima mellacerarum,
Quod succinorum raptæ de manu gleba,
Cui comparatus indecens erat paucus,
Inamabilis sciurus, & frequens Phœnix:
Adhuc recenti tepet Herotion busto.*

*Quam pessimorum lex auara fatorum?
Sexta peregit hieme, nec tamen tota,
Nos tro amores, gaudiumq; lususq;.
Et esse tristem me meus vetat Pætus:
Pectusq; pulsans, pariter & comam vellens;
Deflere nonte vernulae pudet mortem?
Ego coniugem, inquit, extuli (& tamen viuo)*

No.

VAL. MARTIAL.

Notam, superbam, nobilem, locupletem.

Quid esse nostro fortius potest Pæto?

Ducenties accepit, & tamen viuit.

In Calliodorum. xxxix:

Callidodus habet censum (quis nescit?) equestrem,

Sexte: sed & fratrem Callidodus habet.

Quadrinvent a secat, quid dicit, σύρα μέριζε,

Vno credis equo posse sedere duos?

Quid cum fratre tibi, quid cum Polluce molesto?

Non esset Pollux, si tibi Castor eras.

Vnus cum sitis: duo Callidore, sedetis.

Surge: solæcissimum, Callidore, facis.

Aut imitare genus Leda: cum fratre sedere

Non potes: alternis, Callidore, sede.

In Carinum. xl.

Supras tibi tricies in anno

Signant tabulas, Carine, misi

Hyblæis madidas thymis placentas.

Defeci: miserere iam Carine.

Signararius, aut semelfac illud.

Mentitur tua quod subinde tu sis.

Excusi loculos quia sacculum quia.

Craeso diuitior licet fuisse,

Iropauperior forem, Carine,

Si concham toties meam comesses.

Ad Artemidorum. xli.

Pinxisti Venerem: colis, Artemedore, Mineruam.

Et miraris, opus displicuisse tuum?

Amicis

LIBER V.

Amicis esse donandum. XLIV.

Callidus effracta nummos fur auferet arca.

Prosternet patrios impia flamma lares.

Debitor usuram pariter sortemq; negabit.

Non reddet sterilis semina iacta seges.

Dispensatorem fallax spoliabit amicus.

Mercibus extructas obruet vndarates.

Extra fortunam est? quicquid donatur amicis.

Quas dederis, solas semper habebis opes.

De Thaide, & Lecania. XLIII.

Thaïs habet nigros, niveos Lecania dentes.

Quæratio est? emptos hæc habet, illa suos,

In Dentonem. XLIV.

Quid factum est, rogo, quid repente factum?

Ad cœnam mihi, Dento, quod vocanti,

(Quis credat?) quater ausus es negare.

Sed nec respicis, & fugis sequentem,

Quem thermis modò querere, & theatris,

& conclauibus omnibus solebas.

Sic est: captus es vñctiore cœna,

& maior rapuit canem culina,

Iam te, sed citò cognitum, & relictum,

Cum fastidierit popina diues,

Antiquæ venies ab ossa cœnæ.

De Philone. XLV.

Nunquam se cœnasse domi Philo iurat, & hoc est:

Non cœnat, quoties nemo vocavit eum.

B

Ad

V A L. M A R T I A L.

Ad Labienum. XLVI.

*Vidissim modò forte cùm sedentem
Solum te Labiene, treis put aui.*

Caluæ me numerus tuæ se fellit.

*Sunt illinc tibi, sunt, & hinc capilli,
Quales nec puerum decere possint.*

*Nudum est in medio caput, nec ullus
In longa pilus area notatur.*

Hic error tibi profuit Decembri,

Tunc cùm prandia misit Imperator:

Cum panariolis tribus redisti.

Talem Geryonem fuisse credo.

Vites censeo porticum Philippi.

Site viderit Hercules, peristi:

In Charopinum. XLVII.

Cœno domi quoties, nisi te, Charopine, vocauis:

Protinus ingentes sunt inimicitiae:

Meq; petis stricto medium transfigere ferro:

Si nostrum, sine te, scis caluisse focum.

Nec semel ergo mihi furtum fecisse licebit?

Improbius nihil est hac, Charopine, gula.

Define iam, nostram (precor) obseruare culinam.

Atq; aliquando meus det tibi verba coquus.

In Rufum. XLVIII.

Hic, qui libellis per grauem gerit lauam,

Notariorum quem premit chorus leuis,

Qui codicillis hinc & inde prolatis,

Epistolis q; commodat grauem vultum,

simi-

LIBER V.

Similis Catoni, Tullioq; Brutoq;
Exprimere, Rufe fidicula licet cogant,
Aue Latinum, χαρά non potest Græcum.
Si singere me istud putas, salutemus.

In Postumum. LIX.

Quæ mihi præstiteris, memini, semperq; tenebas:

Cur igitur taceo, Postume, tu loqueris?

Inicio quoties alicui tua dona referre:

Protinus exclamat: Dixerat ipse mihi.

Non bellè quædam faciunt duo: sufficit unus

Huic operi, si vis ut loquar, ipse tace:

Crede mihi, quamuis ingentia, Postume, dones.

Auctoris pereunt garrulitate sui.

Ad Bassum. L.

Colchida quid scribis, quid scribis, amice, Thyestem,

Quid tibi vel Niobe, Basse, vel Andromache?

Materia est, (mihi crede) tuis aptissima chartis

Deucalion: vel, si non placet hic, Phaethon.

De Rhetore. LI.

Extemporalis factus est meus Rhetor:

Calphurnium non scripsit, & salutauit.

Ad Lupum. LII.

Cui tradas, Lupe, filium magistro,

Quæris sollicitus, diuq; tentas.

Omnes grammaticosq; rhetorasq;

Diuites, moneo. nihil fit illi

Cum libris Ciceronis, aut Maronis.

Fama Rutilium suæ clinquat.

VAL. MARTIAL.

Si versus facit, abdices poētam.

Artes discere vult pecuniosas?

Fac, discat citharoëdus, aut choraules.

Si duri puer ingeni videtur,

praconem facias, vel architectum.

Ad Cinnam. LIII.

Cum voco te dominum nolo tibi, Cinna, placere,

Sapè etiam seruum sic resaluto meum.

Ad Postumum. LIII.

Cras te victurum, cras dicis, Postume, semper.

Dic mihi, cras istud, Postume, quando venit?

Quam longè cras istud, ubi est, aut unde petendum?

Nunquid apud Pharthos, Armeniosq; latet?

Iam cras istud habet Priami vel Nestoris annos.

Cras istud quanti, dic mihi, possit emi?

Cras viues: hodie iam viuere, Postume, serum est.

Ille sapit, quisquis, Postume, vixit heri.

Ad Stellam. LV.

Quod non argentum, quod non tibi misimus aurum,

Hoc facimus causa, Stella diserte, tua.

Quisquis magna dedit, noluit sibi magna remitti.

Fictilibus nostris exoneratus eris.

Ad detractorem. LXI.

Adlatres licet usq; nos, & usq;

& gannitibus improbis lacestas:

Certum est, hanc tibi per negare famam,

Olim quam petis in meis libellis,

Qualif-

LIBER V.

Qualisunque legaris ut per orbem.

Nam te cur aliquis sciat fuisse?

Ignotus pereas, miser necesse est.

Non deerunt tamen hac in vrbe forsan

Vnus, vel duo, tres, quatuor, quinque,

Pellem rodere qui velint caninam.

Nos hac à scabie tenemus vngues.

Ad Hospites. LVII.

Iure tuo nostris maneas, licet hospes, in hortis:

Si potes in nudo ponere membra solo:

Aut si portatur tecum tibi magna supplex,

Nam mea iam digitum sustulit hospitibus.

Nulla legit fractos, nec in anis, culcit ralectos:

Putris & abrupta fascia reste iacet.

Sit tamen hospitium nobis commune duobus:

Emi hortos, plus est: instrue tu minus est.

Ad Ponticum. LVIII.

Quid sentis, inquit, de nostris, Marce, libellis?

Sic me sollicitus, Pontice, sape rogas.

Admiror, stupeo, nihil est perfectius illis:

Ipse tuo cedit Regulus ingenio.

Hoc sentis? inquis. faciat tibi sic bene Cæsar,

Sic Capitolinus Iupiter. immò tibi.

Ad suos ministros. LIX.

Sextantes, Calliste, duos infunde Falerni,

Tu super æstiuas, Alcine, funde niues.

Finguescat nimio madidus mihi crinis amomo,

Lassenturque rosis tempora sutilibus.

VAL. MARTIAL.

Iam vicina iubent nos viuere mausolea,
Cum doceant, ipsos posse perire Deos.

Ad Cæfarem. LX.

Astra, polumq; dedit, quamuis obstante nouerçæ,

Alcidæ, Nemæ terror, & Arcas aper:

Et castigatum Libycæ ceroma palastræ:

Et grauis in Siculo puluere fusus Eryx:

Siluarumq; tremor, tacita qui fraude solebat

Ducere nec rectas Cacus in antra boues.

Istatuæ, Cæsar, quo pars spectatur arena?

Dat maiora nouus prælia mane dies.

Quot grauiora cadunt Nemeo pondera monstro?

Quot tua Menalios collocat hastas ues?

Reddatur si pugna triplex pastoris Iberi,

Est tibi, qui possit vincere Geryonem.

Sæpe licet Graia numeretur bellua Lernæ,

Improba Niliacis, quid facit hydra feris?

Pro meritis cælum tantis, Auguste, dederunt.

Alcidæ citò Dij: sed tibi serò dabunt.

In Pontilianum. LXI.

Sæpe salutatus, nunquam prior ipse salutas:

Sic erit æternum, Pontiliane, vale.

De Hirundine. LXII.

Hybernos peterent solito cum more recessus

Atthides, in nidis vnare mansit auis.

Deprehendere nefas ad tempora verna reuersæ,

Et profugam volucres diripiueræ suæ.

Serò

L I B E R V.

Serò dedit pœnas: discerpi noxia mater
Debuerat: sed tunc, cùm lacerauit Itim.

De Apicio. LXIII.

Dederas, Apici, bis trecenties ventri,
Sed adhuc supererat centies tibilaxum.
Hoc tu grauatus, nefamē & sitim ferres,
Summa venenum potionē duxisti.
Nil est, Apici, tibi gulosius factum:

In inuitatorem. LXIII.

Omnia cùm retro pueris opsonia tradas,
Cur non mensa tibi penitur à pedibus?

De Tusco haruspice. LXV.

Vite nocens rosea stabat moriturus ad aras
Hircus, Bacche, cuius viētima grata sacrīs.
Quem Tuscus mactare Deo cùm velle haruspex.

Dixerat agresti fortè, rudiq; viro:
Ut eitò testiculos & acutā falce searet,
Teter ut immundæ carnis abiret odor.
Ipse super virides aras luctantia pronus
Dum refecat cultro colla, premitq; manu:
In gens iratis apparuit bernia sacrīs.

Occupat hanc ferro rusticus, atq; secat:
Hoc ratus antiquos sacrorum poscereritus,
Talibus & fibris Numinā prisca colī.
Sic modò qui Tuscus fueras, nunc Gallus haruspex,
Dum iugulas hircum, factus es ipse caper.

Ad Faustinum. LXVI.

Si temperari balneum cupis feruens,

V A L. M A R T I A L.

Faustine, quod vix Julianus intraret:

Rogo lauet ut rhetorem Sabineum:

Neronianas is refrigerat thermas.

In Candidum. Lxvii.

Prædia solus habes, & solus, Candide nummos:

Aurea solus habes, myrrhina solus habes:

Mæsica solus habes, & opimi Cæcuba solus:

Et cor solus habes, solus & ingenium.

Omnia solus habes, hoc, me puto velle negare:

Nomen habes fatuo, Candide, cum populo.

In Gallum. Lxviii.

Nunquam me reuocas, venias cum saepe vocatus

Ignoscio, nullum si modo, Galle, vocas.

Inuitas alios, vitium est utriusq;. quod? inquis.

Et mihi cor non est: & tibi, Galle, pudor.

In Nestorem. Lxix.

Auriculam Mario grauiter miraris olere..

Tufacis hoc: garris, Nestor, in auriculam.

In Zoilum. Lxx.

Has cum gemina compede dedicat catenas,

Saturne, tibi Zoilus, anulos priores.

Ad Gargilianum. Lxxi.

Sportula nulla datur: gratis commiuua recumbis

Dic mihi, quid Romæ Gargiliane, facis?

Vnde tibi togula est, & fuscæ pensio cellæ?

Vnde datur quadrans? vnde? aliena rapis.

Cum ratione licet dic as te viuere summa:

Quod viuis, nulla cum ratione facis.

Ad

L I B E R V.

Ad Rufinum. Lxxii.

Sunt tibi, confiteor, diffusi iugera campi,
Urbaniq; tenent prædia multa Lares:
Et seruit dominae numerosus debitor arcae.

Sustentat q; tuas aurea mensa dapes.
Fastidire tamen noli, Rufine, minores.

Plus nebulo Didymus, plus Philomelus habet.

In Matriniam. Lxxiii.

Non duco vetulam. quereris, Matrinia? possum

Et vetulam: sed tu mortua, non vetula es.

Possum Hecubam, possum Nioben Matrinia: sed si
Nondumerit illa canis, nondumerit illa lapis.

Qualem vxorem velit. Lxxiii.

Ingenuam malo: sed si tamen illa negetur,

Libertina mihi proxima conditio est.

Extremo est ancilla loco: sed vincet vtrang;,
Indole si nobis hac erit ingenua.

De piscibus sculpts. Lxxv.

Artis Phidiacæ toreuma clarum,

Pisces adspicis: adde aquam, natabant.

In Fabianum. Lxxvi.

Quod nouus, & nuper factus tibi præstat amicus.

Hoc præstare iubes me, Fabiane, tibi.

Horridus ut primo semper te mane salutem,

Per mediumq; trahat me tua sella lutum:

Lassus ut in thermas decima, vel serius, hora

Te sequar Agrippæ, cum lauer ipse Titi,

Hoc per triginta merui, Fabiane, Decembres.

Vt

VAL. MARTIAL.

Vt sim tiro tuae semper amicitiae?

Hoc merui, Fabiane, toga, tritaqz, mea qz,

Vt nondum credas me meruisse rudem?

In irascentes amicos. LXXVII.

Irascit antum felices nostris amici,

Non belle facitis: sed iuuat hoc facere.

Ad Sextum. LXXVIII.

Quæ te caussa trahit, vel quæ fiducia Roman,

Sexte? quid aut speras, aut petis inde? refer.

Caussas, inquis, agam Cicerone disertius ipso,

Atque erit in triplici par mibi nemo foro.

Egit Atestinus caussas, & Ciuis: vtrung

Noras, sed neutri pensio tota fuit.

Si nihil hinc veniet, pangenetur carmina nobis:

Audieris, dices esse Maronis opus.

Insanis: omnes gelidis quicunqz, lacernis

Sunt tibi, Nasones, Virgiliosqz, vides..

Atria magna colam. vix treis aut quattuor ista

Res aluit: pallet cetera turbafame.

Quid faciam? suade: nam certum est, viuere Romæ.

Sibonus es, casu viuere, Sexte, potes.

In Thelesinum. LXXIX.

Mutua quod nobister quinquaginta dedisti,

Ex opibus tantis, quis grauis arca premit:

Essetibi magnus, Thelesine, videris amicus.

Tu magnus quod das? immo ego, quod recipis.

De lacerta cælata. LXXX.

Inserta phiala Mentoris manu ducta

Lacer-

L I B E R V.

Lacerta viuit, & timetur argentum.

In Lentinum. LXXXI.

Mentiris iuuenem tinctis, Lentine, capillis.

Tam subito coruus, qui modo cycnus eras.

Non omnis fallis, scit te Proserpina canum:

Personam capiti detrahet illa tuo.

In Ligurinum. LXXXII.

Occurrit tibi nemo quod libenter:

Quod quacunq; venis, fuga est, & ingens,

Circate, Ligurine, solitudo.

Quid sit scire cupis: nimis poëta es.

Hoc valde vitium periculosum est.

Non tigris catulis citata raptis,

Non dipsas medio perusta Sole,

Nec sic scorpius improbus timetur.

Nam tantos rogo, quis ferat labores?

& stanti legis, & legis sedenti:

Currenti legis, & legis moranti.

In thermas fugio, sonas ad aurem.

Piscinam peto, non licet natare.

Ad cœnam propero, tenes euntem.

Ad cœnam venio, fugas sedentem.

Lassus dormio, suscit as iacentem.

Vis quantum facias mali, videre?

Vir iustus, probus, innocens timeris.

De eodem. LXXXIII.

*Fugerit an mensas Phœbus, cœnamq; Thyestæ, filij pelagis fra
Ignoro: fugimus nos, Ligurine, tuam.*

illa

VAL. MARTIAL.

Illa quidem lauta est, dapibusq; instructa superbis:
Sed nihil omnino, te recitante placet.
Nolo mihi ponas rhombum, nullumque bilibrem:
Nec volo boletos, ostrea nolo:tace.

Ad Candidum. LXXXIII.

Exigis à nobis operam sine fine togatam:

Non eo, libertum sed tibi mitto meum.

Non est, inquis, idem: multo plus esse probabo.

Vix ego lecticam subsequar: ille feret.

In turbam incideris, cunctos vmbone repellet:

In ualidum est nobis, ingenuumq; latus.

Quidlibet in caussis narraueris, ipse tacebo.

At tibi tergeminum mugiet ille sophos.

Lis erit, ingentifaciet conuicia voce:

Esse pudor vetuit fortia verba mihi.

Ergo nihil nobis, inquis, præstabis, amicus?

Quidquid libertus, Candide, non poterit.

De Basso, ad Faustinum. LXXXV.

Capena grandi porta quapluit gutta.

Phrypiumq; matris Almo qualauat ferrū

Horatiorum qua viret sacer campus,

Et qua pusilli feruet Herculis fanum,

Faustine, plena, Bassus ibat in rheda,

Omneis beati copias trahens ruris.

Illic videres frutice nobili caules,

Et utrumq; porrum, sessilesq; lactucas,

Pigroq; ventri non inutiles betas.

Illic coronam pinguibus grauem turdis,

Le-

L I B E R V.

*Leporemq; læsum Gallici canis dente,
Nondumq; victa lacteum faba porcum:
Nec feriatus ibat ante carrucam,
Sed tut a feno cursor via portabat.
Romam petebat Bassus, immoratus ibat.*

De Ollo. LXXXVI.

*Pauperis exstruxit cællam, sed vendidit Ollus
Prædia. nunc cællam pauperis Ollus habet.*

*In Inuitatorem. LXXXVII
Veientana mihi misces, tibi Massica potas.
Olfacere hæc malo pocula, quam bibere.*

In Ligurinum. LXXXVIII.

*Hæc tibi. non alia est ad cœnam caussa vocandi,
Versiculos recites ut, Ligurine, tuos.
Depesui soleas, arfertur protinus ingens
Inter lactucas, oxygarumq; liber.
Alter per legitur, dum fercula prima morantur,
Tertius est nec adhuc mensa secunda venit.
Et quartum recitas, & quinctum deniq; librum,
Butidus est, toties si mihi ponis aprum.
Quod si non scombris scelerat a poëmata dones:
Cœnabis solus iam, Ligurine, domi.*

Ad Tongilianum. LXXXVIII.

Emita domus fuerat tibi, Tongiliane, ducentis?

*Abstulit hanc nimium casus in vrbe frequens.
Collatum est decies rōgo non potes ipse videri
Incendisse tuam, Tongiliane, domum?*

In Gelliam. XC.

Quod

VAL. MARTIAL.

Quod quacunq; venis, Cosmum migrare putamus
Et fluere excusso cinnamafusa vitro:
Nolo peregrinis placeas tibi, Gellia, nugis.
Sic puto posse meum, sic bene olere canem

Decisterna Rauennate. xcI.

Sit Cisterna mihi, quam vinea, malo Rauennæ:
Cum possim multo vendere pluris aquam.

De Caupone. xcII.

Callidus imposuit nuper mihi caupo Rauennæ:
Cum peterem mixtum vendidit ille merum.

Devilla Faustini, ad Bassum. xcIII.

Baiana nostri villa, Basse, Faustini
Non otiosis ordinata myrtetis,
Viduaq; platano, tonsiliq; buxeto
Ingrata lati spatha detinet campi:
Sed rure vero, Barbaroq; letatur,
Hic farta premitur angulo Ceres^{omnium frumentorum} omni,
Et multa fragrat testa semibus autumnis.
Hic post Nouembres, imminentे iam bruma
Seras putator horridus refert vuas,
Truces in alta valle mugiunt tauri,
Vitulusq; inermi fronte prurit in pugnam,
Vagatur omnis turba sordida cortis,
Argutus anser, gemmei q; pauones,
Nomenq; debet quæ rubentibus pennis,
Et picta perdix. Numidicæq; guttatae,
Et impiorum phasiana Colchorum.
Rhodias superbifeminas regunt galli,

Sonantq;

L I B E R V.

Sonantq; turres plausibus columbarum.
Gemit hinc palumbus, inde cereus turtur.
Audi sequuntur villicæ sinum porci,
Matremq; plenam mollis agnus exspectat.
Cingunt serenum lacte i f o c u m v e r n a ,
Et larga festos lucet ad Lares silua.
Non segnis albø pallet otio caupo ^{est} Esen lector tornis poculum in
Nec perdit oleum lubricus palastrita ^{qui danci bis gesti bis} Corp
Sed tendit audis rete subdolum turdis,
Tremulaue captum liena trahit pisces,
Aut impedit am cassibus refert damam. & gemas caprae filiorum
Exercet hilares facilis hortus umbellas, ^{in bellis que ponit latens}
Et paedagogo non iubente, digressi.
Parere gaudent villico tui nati,
Et delicatus opere fruitur eunuchus.
Nec venit inanis rusticus salutator.
Fert ille ceris cana cum suis mella,
Metamq; lactis saßinate de silua.
Somniculosos ille porrigit glires,
Hic vagientem matris hispidæfætum,
Alius coactos non amare capones.
Et dona matrum vimineo ferunt textæ
Grandes proborum virginis colonorum.
Facto vocatur latus opere vicinus:
Nec auara seruat crastinas dapes mensa.
Vescuntur omnes, ebrioq; non nouit
Satur minister inuidere coniuæ.
At tu sub vrbe possides famem mundam,

Et

VAL. MARTIAL.

Et turre ab alta prospicis meras laurus,
Custode furem non timente, securus.
Et vinitorem farre pascis urbano,
Pictamq; portas ociosus ad villam
Olus, oua, pullos, poma, caseum, mustum.
Rus hoc vocari debet, an domus longè?

De futore & fullone. xciii.

Sutor, credo, dedit tibi, culta Bononia, munus.

Fullo dedit Mutina, nunc ubi copo dabit?

In Ponticum. xciv.

Cum vocor ad cœnam, non iam venalis, ut antè,

Cur mihi non eadem, quæ tibi, cœna datur?

Ostrea tu sumis stagno saturata Lucrino:

Sumitur inciso mytilus ore mihi.

Sunt tibi boleti: fungos ego sumo suillos.

Restibicūm rhombo est: at mihi cum sparulo.

Aureus immodicis turtur te clunibus implet:

Ponitur in cauea mortua pica mihi.

Cur sine te cœno, cùm tecum, Pontice, cœnem?

Sportula quod non est, profit, edamus idem.

In Cinnam. xcvi.

Esse nihil dicis, quidquid petis, improbe Cinna.

Si nil, Cinna, petis: nil tibi, Cinna, nego.

In Quintum. xcviij.

Centenis quòd emis famulos, & sàpe ducentis:

Quòd sub rege Numa condita vinabibis.

Quod constat decies tibi non speciosa supellec:

Libra quòd argentimillia quinque rapit:

Aureas

L I B E R V.

Aurea quod fundi precio carruca paratur:

Quod pluris nulla est, quam domus emit atibi.

Hec animo magno credi te, Quincte, parare?

Falleris, hæc animus, Quincte, pusillus emit.

In M. Antonium. xcviij.

Antoni, Phario nil obiecture Photino,

Et leuius tabula, quam Cicerone, nocens:

Quid gladium demens Romana stringis in ora?

Hoc admisisset nec Catilina nefas.

Impius infando miles corruptitur auro,

Et tantis opibus vox tacet vna tibi.

Quid profunt sacræ preciosa silentia linguae?

Incipient omnes pro Cicerone loqui.

De Syrisco, ad Maximum. xcix.

Infusum sibi nuper à patrono

Plenum, Maxime, centies Syriscus

In sellariolis vagus popinis

Circa balnea quattuor peregit.

O quantæ est gula, centies comesse.

Quantò maior adhuc, nec accubare?

Ad Faustum. c.

Humida qua gelidas summittit Trebulæ valles,

Et viridis cancri mensibus algæt ager,

Rura Cleonæo nunquam temerata leone,

Et domus A Eolio semper amica Noto,

Te, Faustine, vocat: longas his exige messes,

Collibus, hibernum iam tibi Tybur crit.

De origine Bacchi. ci.

C

Qui

VAL. MARTIAL.

*Qui potuit Bacchi matrem dixisse Tonantem;
Is potuit Semelen dicere, Rufe, patrem.*

Ad Theodorum. cii.

*Non donem tibi cur meos libellos
Orant itoies, & exigenti,
Miraris, Theodore? magna causa est:
Dones tu mibi ne tuos libellos.*

De Pompeio & filij. ciii.

*Pompeios iuvenes Asia, atq; Europa, sed ipsum
Terrategit Libyes: si tamen vlla tegit.
Quid mirum, toto si spargitur orbe? iacere
Vno non poterat tanta ruina loco.*

Ad Cinnam. ciiii.

*Profecit poto Mithridates saepe veneno,
Toxica ne possent saua nocere sibi.
Tu quoq; cauisti coenando tam male semper:
Ne posse vnuquam, Cinna, perire fame.*

Ad Marullum. cv.

*Narratur bellè quidam dixisse, Marulle:
Quite ferre oleum dixit in auriculam:*

Ad Toranium. lvi.

*Si tristis domiceño laboras,
Torani, potes esurire mecum.*

*Non deerunt tibi, si soles repacivere,
Viles Cappadocia grauesq; porri,
Fistulata natu. Divitis cybium latebit ovis.*

*Ponetur digitis tenendus vstis
ra cuius medis
in one, parter Nigra coliculus virens patella,
prætrahit*

*Patella
Praetextus*

Algen-

LIBER V.

Algentem modò qui reliquit hortum,
Et pultem niueam premens botellus,
Et pallens faba cum rubente lardo.
Mensa munera si vole s secundæ,
Marcentes tibi porrigitur vuæ,
Et nomen pira quæ ferunt Syrorum,
Et quas docta Neapolis creauit,
Lento castaneæ vapore tostæ.
Vinum tu facies bonum bibendo.
Post hæc omnia fortè si mouebit
Bacchus, quam solet esuritionem:
Succurrent tibi nobiles oliuæ,
Piceni modò quas tulere rami,
Et feruens cicer, & tepens lupinus.
Parua est cœnula, quis potest negare?
Sed finges nihil audies sive fictum;
Et vultu placidus tuo recumbes:
Nec crassum dominus leget volumen:
Sed, quod non graue sit, nec infacetum,
Parui tibia Condili sonabit.
Hæc est cœnula, si placet, venito.

Ad Seuerum. CVII.

Non totam mihi si vacabis horam:
Dones, & licet imputes, Seuere.
Dum nostras legis, exigisq; nugas,
Durum est perdere ferias: rogamus,
Iacturam patiaris hanc, ferasq;
Quod si legeris ipsa cum diserto,

VAL. MARTIAL.

(*Sed nunquid sumus improbi?*) Secundo,
Plus multo tibi debiturus hic est,
Quam debet domino suo libellus.
Nam securus erit, nec inquieta
Laſſi marmora Sisyphi videbit:
Quem censoria cum meo Seuero
Docti lima momorderit Secundi.

Ad AEmilianum. CVIII.

Semper eris pauper, si pauper es, AEmiliane:
Dantur opes nullis nunc, nisi diuitibus.

In Gaurum. CIX.

Quid promittebas mihi millia, Gaure ducenta:
Si dare non poteras millia, Gaure, decem?
An potes, & non vis? rogo, non est turpius illud?
I, tibi dispereas, Gaure: pusillus homo es,

Ad Gallum. CX.

Iam tristis nuncibus puer relicitus
Clamoso reuocatur a magistro:
Et blando male perditus fritillo
Arcana modo raptus è popina
A Edilem rogat vdus aleator.
Saturnalia transiere tota:
Nec munuscula parua, nec minora
Misisti mihi, Galle, quæ solebas.
Sanè sic beat meus December.
Scis certè, puto, vestra iam venire
Saturnalia, Martias Kalendas:
Tunc reddam tibi, Galle, quod dedisti.

M. VAL.

M. V A L. M A R.
T I A L I S E P I G R A M M A.
T O N L I B E R VI.

I.



Ex tūs mittitur hic tibi libellus,
In primis mihi chare Martialis:
Quem si ter seris aure diligent,
Audebit minus, anxius, tremensq;
Magnas Cæsar is in manus venire.

Defilio Domitiani. II.

Nascere Dardanio promissum nomen Iulo,
Vera Deūm soboles: nascere, magne puer:
Cui pater aternas, post secula, tradat habenas:
Quiq; regas orbem cum seniore senex.
Ipsa tibi niueo trahet aurea pollice filia,
Et totam frixi Iulia nebit ouem,

Adulatorium. III.

Censor maxime, principumq; princeps,
Cūm tot iam tibi debeat triumphos,
Tot nascentia templa, tot renata,
Tot spectacula, tot Deos, tot vrbes:
Plus debet tibi Roma, quod pudica est.

Ad Cæcilianum. IIII.

Rustica mercatus nummis sum prædia multis:
Mutua des centum, Cæciliane, rogo.
Nil mihi respondes, tacitum te dicere credo.

C 3

Non

VAL. MARTIAL.

Non reddes. Ideo, Cæciliæ, rogo.

Ad Seuerum. V.

Prætores duo, quattuor Tribuni,
Septem caußidici, decem poëtæ.
Cuiusdam modò nuptias petebant
A quodam sene. Non moratus ille
Præconi dedit Eulogo pueram.
Dignum quid fatuo, Seuere, fecit?

Ad Leuinum. VI.

In Pompeiano dormis, Leuine, theatro:
Et quereris, si te suscitat Oceanus?

Petit latenter à Domit. pecu. VII.

Pauca Iouem nuper cùm millia fortè rogarem:
Ille dabit, dixit, qui mihi templa dedit.

Tempa quidem dedit ille Ioui. sed millionibus
Nulla dedit, pudeat paucarogasse Iouem.

At quam non tetricas, quam nulla nubilus ira,
Quam placido nostras legerat ore preces?

Talus supplicibus tribuit diademata Dacis:

Et capitolinas itq; redit q; vias.

Dic precor o nostri, dic conscia virgo tonantis:

Sinegat hoc vultu, quo solet ergo dare?

Sic ego. sic breuiter, posita mihi Gorgone Pallas?

Quæ nondum dat a sunt, stulte, negata putas?

In Marcum. VIII.

Quod nan sit Pylades hoc tempore, non sit Orestes,

Miraris? Pylades, Marce, bibebat, idem.

Nec melior panis, turdus ué dabatur Oresti:

Sed

L I B E R V.

Sed par, atque eadem cœna duobus erat.

Tu Lucrina voras: me pascit aquosa Peloris:

Non minus ingenua est at mibi, Marce, gula.

Te Cadmea Tyros, me pinguis Gallia vestit:

Viste purpureum Marce, sagatus amem?

Vt præstem Pyladen, aliquis mibi præstet Orestem.

Hoc non fit verbis: Marce, vt ameris, ama.

De Fabulla, ad Paullum. ix.

Iurat capillos esse, quos emit, suos

Fabulla: nunquid illa, Paulle, peierat?

De Statua Iuliæ. x.

Quiste Phidiacoformatam, Iulia, cælo?

Vel quis Palladiæ non putet artis opus?

Candida non tacita respondet imagine Lygdos,

Et placido fulget viuus in ore decor.

Ludit Acidalio, sed non manus aspera nodo,

Quem rapuit collo, parue Cupido, tuo.

Vt Martis reuocet ux amor, summiq; Tonantis;

A te Iuno petat ceston, & ipsa Venus.

In Laberium. xi.

Versus scribere posse te disertos

Affirmas, Laberi, quid ergo non vis?

Versus scribere qui potest disertos,

Non scribat, Laberi: virum putabo.

De Formica electro inclusa. xii.

Dum Phaethontæa formica vagatur in umbra,

Implicuit tenuem succinæ gutta feram.

C 4 sic,

VAL. MARTIAL.

Sic, modo quæ fuerat vita contemptamanente,
Funeribus facta est nunc pretiosa suis.

In Cinnamum. XIII.

Cinnam, Cinname, te iubes vocari:.

Non est hic, rogo, Cinna, barbarismus?

Tu si Furius ante dictus es,.

Fur ista ratione dicereris.

Ad Priscum, de Salonino. XIV.

Sancta Salomini terris requiescit Iberis,

Qua melior Stygias non videt umbra domos.

Sed lugere nefas, nam qui te, Prisce, reliquit,

Vivit, qua noluit vivere parte magis.

In Pomponium. XV.

Non de vi, neque cæde, nec veneno,

Sed lis est mihi de tribus capillis.

Vicini queror has abesse furto:

Hoc iudex sibi postulat probari.

Tu Cannas, Mithridaticumq; q; ellum,

Et periuria Punici furoris,

Et Syllas, Mariosq;, Mutiosq;

Magna voce sonas, manuq; tota.

Iam dic, Postume, de tribus capillis.

In Phœbum. XVI.

Mutua te centum fæstertia, Phœbe, rogaui

Cum mihi dixisses: Exigis ergo nihil?

Inquiris, dubitas, cunctaris: meq; diebus,

Teq; decem crucias. Iam rogo, Phœbe, nega.

Ad Marcellinum. XVII.

Mar-

L I B E R VI.

Marcelline boni soboles sincera parentis,
Horrida Parrhasio quem tegit vrsa iugos.
Ille vetus pro te, patriusq; quid optet amicus,
Accipe, & hæc memori pectore vota tene:
Cauta sit ut virtus: nec te temerarius ardor
In medios enses, sauaq; tela ferat.
Bella velint, Martemq; ferum rationis egentes:
Tu potes & patriæ miles, & esse decus.

Ad nepotem. XVIII.

Bis vicine Nepos (nam tu quoq; proxima Flora
Incolis, & veteres tu quoq; Ficelias)
Est tibi, quæ patrij signatur imagine vultus.
Testis materna nat a pudicitia.
Tu tamen anno so nimium ne parce Falerno:
Et potius plenos ære relinque cados.
Sit pia, sit locuples, sed potet filia mustum.
Amphora cum domina nunc noua fiat anus.
Cæcuba non solos vindemia nutriat orbos,
Possunt & patres viuere, crede mihi.

Epitaphium Glauciae. XIX.

Libertus melioris ille notus,
Tota qui cecidit dolente Roma,
Chari deliciæ breues patroni,
Hoc sub marmore Glaucias humatus,
Iuncto Flaminia jacet sepulchro:
Castus moribus, integer pudore,
Velox ingenio, decore felix.
Bissenis modo mensibus peractis.

C S

Vix

VAL. MARTIAL.

Vix vnum puer applicabat annum.

Ni fles talia, nil fleas viator.

Decodem. xx.

Non de plebe domus, nec, auaræ verna catastæ,

Sed domini sancto dignus amore puer:

Munera cum posset nondum sentire patroni,

Glaucia libertus iam Melioris erat.

Moribus hoc, formæq; datum. quis blandior illo.

Aut quis Apollineo pulcrior ore fuit?

Immodicis breuis est ætas, & rara senectus.

Quidquid amas, cupias non placuisse nimis.

In Pætum. xxi.

Sex sestertia si statim dedisses,

Cum dixit mihi. Sume, tolle dono:

Deberem tibi, Præte, pro ducentiis.

At nunc cum dederis diu moratus,

Post septem puto, vel nouem Kalendas:

Vis dicam tibi veriora veris,

Sex sestertia, Præte, perdidisti.

De morte Othonis. xxii.

Cum dubitaret adhuc belli ciuilis Enyo

Forsitan, & posset vincere mollis Otho.

Damnauit multo saturum iam sanguine Martem,

Et fodit certa pectora nuda manu.

Sit Cato dum viuit, sanè vel Cæsare maior:

Dum moritur, nunquid maior Othone fuit?

In Cæcilianum. xxiii.

Septem clepsydras magnatibi voce petenti

Arbi-

LIBER V.

Arbiter inuitus, Cæciliæ dedit.

Aut ut multa diu dicis: vitreisq; tēpentem

Ampullis potas semi-supinus aquam.

Vt tandem saties vocemq; sit imq; rogamus,

Iam de clepsydra, Cæciliæ, bibas.

De filio Reguli. xxiii.

Aspicis ut paruus, nec adhuc trieteride plena,

Regulus auditum laudet & ipse patrem?

Maternosq; sinus, viso genitore, relinquat:

& patrias laudes sentiat esse suas?

Iam clamor, centumq; viri, densumq; corona,

Vulgus, & infanti Iulia tecta placent.

Acris equis soboles magno sic puluere gaudet:

Sic vitulus molli prælia fronte cupit.

Dij seruate, precor, matris sua vota patriq;

Audiat ut natum Regulus, illa duos.

In Raucum Poëtam. xxv:

Qui recitat lana fauces, & collare reuinctus,

Hic se posse loqui, posset acere negat.

De Hetrusci Thermis. xxv.

Hetrusci nisi thermulis lauaris,

Illotus morieris Oppiane.

Nullæ sic tibi blandientur vndæ,

Nec fontes Aponi rudes tenellis,

Non mollis Sinuessa, feruidiq;

Fluctus Passeris, aut superbus Anxur,

Non Phœbi vada, principesq; Baia.

Nusquam tam nitidum micat serenum:

Lxx

V A L. M A R T I A L.

Lux ipsa est ibi longior, diesq;
Nullo tardius à loco recedit.
Siccus pinguis onyx anhelat æstus.
Illic Taygeti virent metalla,
Et certant vario decore saxa,
Quæ Phryx, & Libyx altius cecidit.
Et flammatenui calent Ophite.
Ritus si placeant tibi Laconum,
Contentus potes arido vapore,
Cruda virgine, Martiaq; mergi:
Quæ tam candida, tam serena lucet,
Ut nullas ibi suspiceris vndas,
Et credas vacuam nitere Lydon.
Non attendis: & aure me supina,
Iam dudum quasi negligenter audis:
Illotus morieris, Oppiane.

Ad Castricum. xxvii.

Dum tibi felices indulgent, Castrice, Baiæ:
Canaq; sulfureis Nympha natatur aquis:
Me Nomentani confirmant otia ruris,
Et casa iugeribus non onerosa suis.

Hic mihi Baiani soles, mollisq; Lucrinus.

Hic nostræ mihi sunt, Castrice, diuitiae.
Quondam laudatas quocunq; libebat ad vndas
Currere, nec longas pertimuisse vias.

Nunc vrbi vicina iuuant, facilesq; recessus:
Et satis est, pigro si licet esse mihi.

In Calliodorum. xxviii.

Festiuè

L I B E R VI.

Festiuè credis te, Calliodore, iocari,
Et solum multo permaduisse sale.

Omnibus arrides, dicteria dicis in omnes:
Sic te conuiuam posse placere putas.

At si ego non belle, sed vere dixero quiddam:
Conuiuet nemo, Calliodore, tibi.

Ad Catianum. xxix.

Vapulat assiduo Veneti quadriga flagello.
Nec currit: magnam rem, Catiane, facit.

Ad Hiantida Nympham. xxx.

Nympha mei Stellæ, quæ fonte domestica puro
Laberis, & domini gemmea tecta subis:

Siue Numæ coniux Triuiae misit ab antro,
Siue Camœnarum de grege nona venis:

Exolutus votis hac se tibi virgine porca
Marcus, furtiuam quod babit æger aquam.

Tu contenta meo iam crimine, gaudia fontis
Da secura tui: sit mihi sana sitis.

In Pomponium. xxxi.

Quod tam grande sophos clamat tibi turbata togata:
Non tu, Pomponi, cœna disertatua est.

Ad Lupercum. xxxii.

Quod conuiuaris, sine me, tam sape, Luperce:
Inueni, noceam qua ratione tibi.

Irascar, licet usq; voces, mittasq; rogesq;

Quid facies? inquis. quid faciam? veniam.

Epitaphium Pantagathi. xxxiii.

Hoc iacet in tumulo raptus puerilibus annis.

Pan-

VAL. MARTIAL.

Pantagathus, domini cura, dolorq; sui,
Vix tangente vagos ferro resecare capillos
Doctus, & hirsutus excoluuisse genas.
Sis licet inde sibi tellus pacata, leuisq;:
Artificis leuior non potes esse manu.

De Andragora, ad Faustinum. xxxiiii
Lotus nobiscum est hilaris, coenauit & idem:
Inuentus manè est mortuus Andragoras.
Tam subita mortis caussam, Faustine, requiris?
In somnis medicum viderat Hermocratem.

In Coracinum. xxxv

Quod semper casiaq; cinnamoq;,
Et nido niger alitis superbae
Fragras plumbea Nicerotiana.
Rides nos, Coracino, nil olentes.
Malo, quam bene olere, nil olere.

In Phœbum. xxxvi.

Mentiris fictos vnguendo, Phœbe capillos:
Et tegitur pictis fordida calua comis.
T' onforem capiti non est adhibere necessum:
Radere te melius spongia, Phœbe potest.

Ad Aulum Pudentem. xxxvii.

Cernere Parrhasios, dum te iuuat, Aule, triones
Comminus, & Scythici sidera ferre poli:
O quam pene tibi Stygias ego raptus ad vndas.
Elysiae vidi nubila fusc a plagæ:
Quamuis lassa, tuos quærebant lumina vultus:
Atque erat in gelido plurimus ore Pudens.

53

L I B E R V.

*Si mihi lanificæ ducunt non pulla sorores
Stamina, nec surdos vox habet ista Deos:
Sospite me, fœspes Latias reueheris ad vrbes,
Et referes pilipræmia claruseques.*

In Baccarum. xxxviii.

*Et dolet, & queritur, sibi non contingere frigus
Propter sexcentas Baccara gausapinas.
Optat & obscuras luces, ventosq; niuesq;
Odit & hibernos si te pueræ dies.
Quid fecere mali nostra tibi, saua, lacerna,
Tollere de scapulis quas leuis aura potest?
Quanto simplicius, quanto est humanius illud,
Mense vel Augusto sumere gausapinas?*

De Pompillo. xxxix.

*Remfactam Pompillus habet, Faustine: legetur,
Et nomen tot sparget in orbe suum,
Sic leue flauorum valeat genus Vspiorum,
Quisquis & Ausonium non amat imperium.
Ingenios atamen Pompilli scripta feruntur:
Sed famæ non est hoc (mibi crede) sat is.
Quam multi tinea pascunt, blattasq; disertis?
Et redimunt soli carmina docta cocci?
Nescio quid plus est, quod donat sæcula chartis.
Victurus Genium debet habereliber.*

In Inuidum. xl.

*Laudat, amat, cantat nostros mea Roma libellos:
Meq; sinus omnis, me manus omnis habet.*

Ecco

VAL. MARTIAL.

Ecce rubet quidam, pallet, stupet, oscitat, odit.
Hoc volo: nunc nobis carmina nostra placent.

Ad Appianum, de Silano. XL I.

Amisit pater vnicum Silanus.

Cessas mittere munera, Appiane?

Heu crudele nefas, malæq; Parcæ:

Cuius vulturis hoc erit cädauer?

Ad Marianum. XLII.

Scis te captari: scis hunc, qui captat, auarum:

Et scis qui captat quid, Mariane, velit:

Tatamen hunc tabulis heredem, stulte, supremis

Scribis: & esse tuo vis, furiose, loco.

Munera magna quidem misit, sed misit in hamo.

Et pescatorem piscis amare potest?

Hiccine deflebit vero tua fat a dolore?

Sic cupis, vt ploret: des, Mariane, nihil.

In Detractorem XLIII.

*Comprehendit
detractorem* **C**um sis nec rigida Fabiorum gente creatus:
Nec qualem Curiō, dum prāndia portat aranti
Hirsuta peperit rubicunda sub Illice coniux:
Sed patris ad speculum tonsi, matrisq; togatæ
Filius: & seruum possit te sponsa vocare:
Emendare meos, quos nouit fama, libellos,
Et tibi permittis felices carpere nugas:
Has inquam, nugas, quibus aurem aduertere totam
Non aspernantur proceres, vrbisq; fori q;
Quas & perpetui dignantur scrinia sili,
Et repetit toties facundo Regulus ore:

Quiq;

LIBER V.

Quiq^z videt proprius magni certamina Circ^e Circi
Laudat ^{ad die apud} Suentina vicinus Sur^a Diana: sⁱ nra est loris hinc
Ipse etiam tanto dominus sub pondere rerum ubi erat^{ur} la redre
Non dedit natura bis, terq^z reuoluere Cæsar. ^{bantur}
Sed tibi plus mentis, tibi cor limante Minerua
Acrius, & tenues sinxerunt pectus Athene, fumprimitur b^z
Ne valeam, si non multò sapit altius istud, ^{de} Crina præfus
Quod cum panticibus laxis, & cum pede grandi,
Et rubro pulmone vetus, nasisq^z timendum
Omnia crudelis Lanius per compita portat.
Audes præterea, quos nullus nouerit, in me
Scribere versiculos, miseras & perdere chartas.
At si quid nostræ tibi bilis inusserit ardor,
Vijet, & hærebit totoq^z legetur in orbe.
^{commata} Stigmata nec vafra delebit Cinnamus arte.
Sed miserere tui, rabido nec perditus ore
Fumantem nasum viui tentaueris vrsi.
Sit placidus licet, & lambat, digitosq^z, manusq^z:
Si dolor, & bilis, si iusta coegerit ira,
Vrsus erit: vacua dentes in pelle fatigis,
Et tacitus queras, quam possit rodere carnem.

Ad Tuccam. XLIV.

Hexametris epigramma facis, scio dicere Tuccam,
Tucca, solet fieri: deniq^z, Tucca, ^{concepitur} licet:
Sed tamè hoc longū est, solet hoc quoq^z, Tucca, licere.
Si breuiora probas, disticha sola legas.
Conueniant nobis, vt fas ^{ad citharinum} epigrammat^{ur} longa.
Sit transire tibi: scribere, Tucca, mihi.

D

De

VAL. MARTIAL

De Bassa ad Catullum. XLV.

Non miror, quod potat aquam tua Bassa, Catulle?
Miror, quod Bassi filia potat aquam,

Ad Martianum. XLVI.

Laudat finita ^{tempora} Sexagesima, Martiane, messis ^{tempore} Jeu in se tunc fratre
Acta est, ut puto, iam secunda Cotta ⁱⁿ iuit Cotta
Nec set aedia lectuli calentis ^{Non meminit} fr. malo
Expertum meminit die vel vno: ^{Dabruisse}
At nostri bene computentur anni,
Et quantum tetrica ^{rum} grauis lan
Aut languor grauis, aut mali dolores,
A uita meliore separantur.
Infantes sumus, & senes videmur.
A Etatem Priamiq; Nestorisq;
Longam qui putat esse, Martiane,
Multum decipiturq; falliturq;
Non est viuere, sed valere, vita.

Ad Esculanum. XLVII.

Medio recumbit imus ille qui lecto,
Caluam Triphillen segmentatus vnguento
Fodit q; tonsis ora laxa lentisis:
Mentitur, Esculane: non habet dentes.

In Pontiam. XLVIII,

Cum mittis turdumue mihi quadramue placenta,
Siue femur leporis, siue quid his simile:
Relliquias misisse tuas te, Pontia, dicis.
Has ego nec mittam. Pontia, sed nec edam.

Epitaphium Fusci. XLIX

Ille

L I B E R VI.

Ille sacri lateris custos, Matisqz, togati,
Credita cui summi castra fuere ducis,
Hic situs est Fuscus, licet hoc fortuna fateri:
Non timet hostiles iam lapis iste minas.
Grande iugum domita Dacus ceruice recepit:
Et famulum victrix possidet umbra nemus.

In Afrum. L.

Cum sis tam pauper, quam nec miserabilis Irus:
Tam iuuenis, quam nec Parthenopaeus erat:
Tam fortis, quam nec, cum vinceret, Artemidorus:
Quid te Cappadocum sex omnis esse iuuat?
Rideris, multoqz, magis traduceris, Afer
Quam nudus medio si spaciere foro.
Non aliter monstratur Atlas cum compare gibbo,
Quæqz, vehit similem belua nigra Libyn.
Inuidiosa tibi quam sit lectica requiris?
Non debes ferri mortuus hexaphoro.

Ad Aulum de Lusco.

Potior nobilis, Aule, lumine vno
Lucus Phryx erat alteroqz, lippus:
Huic dicit medicus. Bibas c^oaueto
Vinum: si biberis, nihil videbis.
Ridens Phryx, oculo Valebis,, inquit,
Misceri sibi protinus deunces,
Sed crebros iubet exitum requiris?
Vinum Phryx, oculus bibit venenum.

Ad Lupum. LII.

Tristis es, & felix, sciat hoc fortuna, c^oaueto.

V A L. M A R T I A L.

Ingratum dices te, Lupe, si scierit.

De Rosis ad Cæs. missis

L III.

Vt noua dona tibi, Cæsar, Niloticatellus

Miserat hibernas ambitiosarosas:

Nauit a derisit Pharios Memphiticus hortos,

Vrbis vt intravit limina primatue.

Tantus veris honos, & odoræ gratia Flora,

Tantaq; Pæstani gloria ruris erat.

Sic quacunq; vagus gressumq; oculosq; ferebat,

Textilibus sertis omne rubebat iter.

At tu Romanae iussus iam cedere bruma,

Mitto tuas messes, accipe, Nile, rosas:

Ad Rufum. L IIII.

Quidam me modo, Rufe, diligenter.

Inspectum, velut emitor, aut lanista.

Aurem qui modo non habet seueram

Cum vultu digitoq; subnotasset:

Tune es, tune, ait, ille Martialis,

Cuius nequitias, iocosq; nouit,

Subrisimodice: leuiq; nutu

Me, quem dixerat, esse non negavi.

Cur ergo, inquit, habes malas lacernas?

Respondi: quia sum malus poëta.

Hoc ne saepius accidat poëta:

Mittas, Rufe, mihi bonas lacernas.

Ad Cæsarem Domitianum. L V.

Quantum sollicito fortuna parentis Etrusco,

Tan-

L I B E R . V.

Tantum, summe ducum, debet uterq; tibi.
Nam tu missa tua reuocasti fulmina dextra
Hos cuperem mores ignibus esse Iouis.
Situa sit summo Cæsar natura Tonanti,
Ut etur tota fulmine rara manus.
Muneris hoc virunque tui testatur Etruscus.
Esse, quod & comiti contigit, & reduci.

De Philippo. LVI.

Octaphoro sanus portatur, Auite Philippus.

Hunc tu si sanum credis, Auite, furis.

Flet mortem Rufi. LVII.

Editur en Sextus sine te, mi Rufe, Camenis:

Nec te lectorem sperat, amice, liber,

Impia Cappadocum tellus, & numine lœvo

Visa tibi cineres reddit, & ossa patri.

Funde tuo lachrymas orbat a Bononia, Rufe:

Ei resonet tota planctus in A Emilia.

Heu qualis pietas: heu quam breuis occidit etas:

Viderat Alphei præmia quinque modò.

Pectore tu memori nostros euoluere lusus:

Tu solitus nostros, Rufe, tenere iocos.

Accipe cum fletu mæsti breue carmen amici,

Atq; hæc absentis thura fuisse puta.

In bibentes aquam. LVIII.

Setinum, dominæq; niues, densiq; trientes,

Quando ego vos medico non prohibente, bibam?

Stultus, & ingratus, nec tanto munere dignus,

Qui mauult hæres diuitis esse Mida.

D 3

Poßi.

VAL. MARTIAL.

Possidet Libycas messes, Hermumq; Tagumq;
Et potet calidam, qui mibi laudat, aquam.

Ad Cæfarem. LIX.

Dij tibi dent, & tu Cæsar, quæcunque mereris:
Dij mihi dent, & tu, quæ volo: si merui.

Ad Cæcilianum. LX.

Mane salut aui verote nomine casu:

Nec dixi damnum, Cæciliane, mecum.

Quant libertas constet mihi tanta, requiris?

Centum quadrantes abstulit illa mihi.

De Panareto potore. LXI.

Cum peteret seram media iam nocte matellam

Arguto madidus pollice Panaretus:

Spoletina data est, sed quam siccauerat ipse:

Nec fuerat solitanta lagenasatis.

Ille fide summa testa sua vina remensus,

Reddidit œnophori pondera plena sui.

Miraris quantum biberat, cepisse lagenam?

Desine mirari, Rufe: merum biberat.

In Amianum. LXII.

Cælatus tibi cum sit, Amiane,

Serpens in patera Myronis arte:

Vaticana bibis: bibis veneum.

De Thaide. LXIII.

Tam male Thais olet, quam non Fullonis auari

Testa vetus, media sed modò fracta via.

Non sudore fluens hircus, non ora Leonis,

Non detracta cani translyberina, cutis.

Pul.

L I B E R V.

*Pullus abortiuo nec cùm putreficit in ouo,
Amphora corrupto nec vitiata Garo.
Cùm benè se tut am per fraudes mille putauit,
Omnia cùm fecit, Thaida Thais olet.*

De Calpetiano. LXIII.

*Ponuntur semper chrysendet a Calpetiano:
Siue foris, seu cùm cœnat in vrbe domi.
Sic etiam in stabulo semper, sic cœnat in agro.
Non habet ergo aliud? non habet immosuum.*

F I N I S.



Pud

Ergm.

metallicus

58395

(X200 844 2)

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

8
7
6
5
4
3
2
1
Centimetres
Inches

A L E R I I
T I A L I S

M M A T V M

I D V O.

E T V I.

R V M V E R B O R V M

actitudine vniuersitatis
dicati.

D R E A E F R V-
C I E T A T I S

E S V.



ge Halberst. 1631.

A G R I P P I N A E,
mannica sumptu-
oldi Mylij,

Io. LXXXVI.

